

32. ET QURE ACCEPTIT, — Babylon, que filios tuos in captivitate et carcere exceptit et affixit.

34. ET AMPUTABUT, — græce και την, id est et amputabat exultationem frequens multitudinis ejus; id est qua frequens ejus populus exultat, vel qua ipsa Babylon ob frequentiam et multitudinem populi sui exultat.

ET GAUDIONUM, — ριψης, id est superbia et factantia, qua insolenter exultat, convertetur in luctum : ita in tyrannis et implis, « extrema gaudii luctus occupat; » contra piis et afflictis, att Christus : « Tristitia vestra vertetur in gaudium. »

35. IGNIS, — id est, acerba punio instar ignis superveniet Babylon; secundo, proprie, « ignis ab aeterno, » scilicet Deo, ad multos dies per Persus in Babylonem conjectus, eam combusit et in cineres rededit, ut patet, *Isai. xii. 19; Je-*

rem. L. 39. Idque in congruum prenam, eo quia Babylonii tyrranice Hierosolymam igne combusserat.

HABITABITUR A DEMONIIS, — a Satyris et Faunis. Vide dicta *Jerem. L. 39.* et *Isaiae XXXIV. 14.*

37. AB ORIENTE AD OCCIDENTEM, — id est ex iherasia, Media, Babyloniam, que ab oriente sunt Ierusalem (Iocel ipsa Babylon proprie esset ad septentrionem Hierosolymam), redibunt Judai ad Ierusalem.

IN VERBO SANCTI, — id est juxta promissum Dei, quo ipse illud per prophetas pollicitus est, quodque illud ipsum exsequitur et jubabit per Cyrum, cui hoc inspirabit, quemque Judeis benevolum efficiat. Ita Theodoretus.

Allegorie hoc verius est in fidelibus, qui ex omni orbis parte confluunt ad Christum Christique Ecclesiam.

CAPUT QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Jubet Jerusalem inducere vestem laetitiae, ob letum filiorum e Babylone reditum, Deo præsumente, ac rebus omnibus in via illis collectandis. Ita Theodoretus et Hugo.

Allegorice hoc verius est in salute, liberatione et gloria per Christum parta. Ita Lyranus et Hugo.

1. Ex te, Jerusalem, stola luctus, et vexationis tuae : et indu te decore, et honore ejus, que a Deo tibi est, semper tibi gloriae. 2. Circumdat te Deus diploide justitiae, et imponet mitram capiti honoris aeterni. 3. Deus enim ostendit splendorem suum in te, omni qui sub eccl. est. 4. Nominabit enim tibi nomen tuum a Deo in sempiternum : Pax justitiae, et honor pietatis. 5. Exsurge, Jerusalem, et sta in excelso : et circumpice ad orientem, et vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei memoria. 6. Exierunt enim ab te pedibus ducti ab inimicis : adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regni. 7. Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, et rupes perennes, et convallis replere in æqualitatem terra: ut ambulet Israel diligenter in honorem Dei. 8. Obmbraverunt autem et sylva, et omne lignum suavitatis Israel ex mandato Dei. 9. Adducet enim Deus Israel cum jucunditate in lumine majestatis vœ, cum misericordia et justitia, que est ex ipso.

1. INDU TE DECORE, — amplectere exultabunda decorem et gloriam, qua te operiet et quasi vestiet Deus, cum te gloriote et Babylone reducat in Iudeam.

Moraliter S. Augustinus in *Sentent. num. 9 :* « Deum quærens, inquit, gaudium querit. Sic ergo querat, ut non in se, sed in Domino gaudeat. Accedendo enim ad Deum illuminatur ignorantia, et corroboratur infirmitas, data sibi et intelligentia qua videat, et charitate qua ferveat.

Nota, scriptura per induere vel vestire significat duo: *primo*, copiam rei, ut res illa hominem quasi vestis undique ambire et operire videatur,

ut dixi in S. Paulum, *Can. XXVIII; secundo*, aratam conjunctionem rei, ut vestis arete corpori conjungitur, illudque stringit. Hunc decorem et gloriam hierosolymæ pariter apprecciat *Isaias*, cap. *LII*, 1 et cap. *LXI*, 3.

CIRCUMDAT TE DEUS DIPLOIDE JUSTITIE. — Ita legendum eum Romanis non, circumdat te diploide a Deo justitiae, ut passim alii codices habent. Per diploidem justitiae intelligit tunicam sacerdotalem et pontificalem, per mitram honoris cædarum, in qua scriptum erat sanctitas Jehova. Ind vocatur diplois justitiae, quia res index sanctitatis divinae quam imitari debet sacerdos, q. d. Re

tituet Deus tibi, o Jerusalem, vestes sacerdotales, ipsuusque sacerdotium et pontificatum, ac consequenter restaurabit templum, suumque in ecclesum et religionem; ita Theodoretus. Secundo, simplicius et aptius a Castro et Maldonatus: Diplois, inquit, est tunica talaris muliebris, loquitor enim de Ierusalem quasi de muliere: dicuntur diplois, id est diplex, quia pelle et panno erat interta et suffulta. Dicitur justitiae, id est justa, quia Deus justus et fideliter, ut promiserat, compenavit ejus dedecus gloria, tristitiam hilaretate, captivitatem libertate.

Et IMPOST MITRAM CAPITI HONORIS ETERNI, — id est, mitram honoriscam et gloriosam, que ostendat Ierusalem eterna gloria affectam, et sacerdotio ac regno rursus decoratum esse: haec enim de causa sacerdotis in capite gerabant coronas et mitras, ut patet, *Ezech. XVI. 12.* Verum simplicius mitram hic aquæ ac diploidem, non sacerdotalem, sed muliebre accipias, q. d. Sic ut regina ornatur sua mitra et diploide, ita Jerusalem rursus sua gloria et decore ac honore vestiatur et ornabitur. Est enim hic continua metaphora sive allegoria in prosopopœia Hierosolymæ, de qua quasi de regina in regnum restituenda loquitur, cui omnis suis ornatus tam sacer quam profanus, tamque sacerdotium quam regnum restitutur, et hoc modo hic sensu priorem ambit et complectetur. Id ita esse patet ex simili loco, *Ezech. XVI. 2, 10, 11, 12, 13 collatis cum vers. 18 et 19.* Ultra ergo est ornamentum capitis muliere: Servius *calanicam* vocat.

3. DEUS ENIM OSTENDET, — id est, Deus faciet ut toto orbe sis nominatissima et clarissima: hoc est quod eidem Hierosolymæ, sed per Christum restaurata, id est Ecclesie christiana, ait *Isaias*, cap. *LX.* 2: « Super te orielum Dominus, et gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendori ortus tui. »

4. NOMINABIT (est hebraicus נִזְמָן, id est imponebit tibi nomen a Deo, scilicet, *PAX JUSTITIE, ET HONOR PIETATIS.*) — Jam vocari vel nominari ponitur pro esse, q. d. O Jerusalem! eris civitas in qua abundabit pax nota ex justitia, et honor sive gloria ex pietate proveniens; ita ut merito vocari possis, *primo*, « Pax justitiae, » id est abundans pace, hoc est prosperritate et rerum copia, que tibi obveniet ex justitia, que Deus justus oppressores et tyrannos Chaldeos overet, tegue ex eis liberabit: item ex justitia quam coles, quam tuos duas cives gubernabis; *secundo*, eris et vocaberis « honor, » id est gloria, « pietatis, » ut omnes gentes perpetuo tuam pietatem, id est cultum et religionem, celebrent. Haec et sequentia inchoato competit Ierusalem Iudaicæ e Babylone redeuntis sub Esdra; plene vero competit eidem christiana, hoc est Ecclesie que in Ierusalem cepit, et a captivitate peccati et diaboli liberata est per Christum. Ita Theodoretus, Hugo et Lyranus.

6. PORTATOS IN HONORE SICUT FILIOS REGNI, — honorifice reductos, equisque et curribus vectos quasi filios regum: Cyrus enim dedit redeuntibus aurum, argentum, equos, camelos, lib. I *Ezdr. II. 66.* Quin et Darius « rex misit una cum eis equites milie, donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, et cum musicis et cum tympanis et cum tibiis; et omnes fratres erant ludentes, » ut dicitur, III *Ezdr. v. 2.* Vide Josephum XI *Antiq.* IV. Ita Theodoretus. Si talis fuit lætitia redeuntium

4. e Babylone, quanta erit redeuntium tum ex judaismo et gentilismo ad Ecclesiam, tum ex hoc exilio ducibus angelis romentium in celum? de his enim ceteri interpres hunc locum accipiunt; hi enim sunt filii regni coelestis. Hos ergo hic maxime spectat, sed ita ut priores simul, quia typus et preambulorum eorum erant, simile temporis, obiter innat et quasi perstringat. De his simil modo ait Psaltes, *Psalm. cxv, 6*: « Eantes ibant et flabunt, etc.: venientes autem venient cum exultatione. » Vide, *Isai. cap. lxvi, 20*, et *cap. xlix, 22*.

7. CONSTITUT ENIM DOMINUS HUMILIARE OMNEM MONTEN. — Est allegoria significans tantum quod Deus redeuntibus a Babylonie omnem vite aspiratim leniet et auferet, ait Theodoretus, atque hostes vel aperte in montibus, vel clau in latibris vallum Iudeis insidiantes reprimit et compescet, ut eis nocere non possint, nec enim legimus Deum proprie eis complanasse montes, et valles implesse (4).

Allegorice Deus humiliat montes, id est omnem superbum : et valles, id est pusillanimatatem erigit, omniaque impedimenta et iniquitatibus vite spiritualis amovet et levigat, ut verus Israel, id est fidelis populus, recta in viis et legibus dei ambulet, iuxta prophetam S. Joannem Baptista, *Luc. iii, 5*.

Anagogie hoc verissimum est in ecclesi itinere, quod Deus justis expeditissimum facit.

UT AMBUL ET ISRAEL, DILIGENTER (celeriter et expedit, grecce ἀπέραντος, id est tuto, secure) IN NOMINE DEI, — id est in gloriam Dei, ut ex hoc eorum gloriose redditu Dei reducatur gloria et honor celebretur. Si ait Psaltes, *Psalm. cxvi, 4*: « In exitu Israel ex Egypto, etc., facta est Iudea sanctificatio ejus, Israel potestas ejus, » id est, ex liberatione Iudeorum et Israelis ex Egypto sanctitas et potentia Dei liberatoris omnibus apparuit et claruit.

8. OBUMBRAVERTUR, — id est obumbrabunt; loquitur enim prophete. Legit interpres in Graeco ἀπέραντος, et recte. Complutensis legunt ἀπέραντος, id est exsulaverunt, ut aliud ad illud, *Psalm. cxvi, 4*: « Montes exsulaverunt ut arietes. »

SILVE, — q. d. Ut olim Deus populum in deserto proficiscens protexit ab astri solis per columnam nubis expansam super castra: ita faciet eidem nunc Babylonie redeunti, ut scilicet sylva et arbores suavissimum odorem spirantes,

(4) Vastum erat desertum inter Judaeam et Babylonem, summaque itineris asperitas et difficultas, quae interclaudere redditum populi videbatur. Iaque ut omnis dubitatio ex piorum animis tollatur, dicit Deum omnius impeditamento sublatum, omniaque que sperna esse videbantur ita communitatum, ut ad eorum iter plana, expedita et accommodata sint... Quarevis enim Propheta alias difficultates respicit, tam non dubium est quia etiam ad illam intermedie solitudinis vastitatem prophetam suam accommodet.

(Badivellus)

suam Dei iussu umbram ei praebant. Hoc efficerre facile fuit divina Providentia: potuit enim ita fieri, tempus aliquaque per causas secundas disponere, ut iucundissimum esset iter Hebreis, scilicet est in maio apud nos. Adde, allegorice, et hyperbole hec tantum significare letissimum fuisse redditum, sicut latissime redeuntibus sylva, prata et omnia que transcurvant amena, sibiique atridere videntur. Similis prosopopeia ait Psaltes, *Psalm. xcii*: « Letentur celi, et exultes terra, communicae mare et plenitudo eius; gaudebunt campi, et omnia que in eis sunt. Tunc exsultabunt omnia ligna sylvarum, » cum scilicet Judei Babylonie redeuntis resuscitabunt tempulum; et Isaiae, *cap. xliv, 23*: « Resonate, montes, laudationem, salutis et omne lignum ejus. » Simili utitur Virgilius, *eclog. 5*:

Ipsi letitia voces ad sidera jactant,
Intonsi montes; ipsa jam carmina rupes,
Ipsa sonant arbusta Deus, ille Menala.

Theodoretus tamen per *sylvas* figurate accipit gentes inter Babylonem et Iudeam interiacentes, que quasi sylva non ferent Deo fructum pietatis: hebreis Israelem redeuentem iussu Cyri et Darri, cum omni obsequio, honoriſſe prosecute sunt.

Allegorice haec uti et priore veriora sunt in Eccliesia sub Christo, ubi omnia justis serviantur, viamque ad Deum suavem faciunt, maxime a terra euntibus in celum.

ONNE LIGNUM SUAVITATIS, — *θειάζει*, id est *suavis* *olens*.

9. IN LUMINE MAJESTATIS SUÆ, — q. d. Sicut Deus in columna ignis noctu Hebreos per dies per descritum, ita eos ex Babylonie reducit quasi lumen solis stabile, et solito iucundius eis præferens, suaque luce, id est præsencia, eos recreans et exhilarans: sicut enim vers. preced. aliusit ad columnam nubis, ita hic alludit ad columnam ignis, que hebreorum castra noctu illuminabat in deserto. Vocat hoc lumen « majestatis Dei », id est lumen augustum et magnificum, leo dignum, et a Deo peculiari et extraordinaria providentia producendum, ad suam magnificientiam et gloriam Hebreis aliisque gentibus ostendendum. Simili scheme et prosopopeia de Iudeis ab excidio Aman liberatis per Esther, cap. viii, vers. 16, dicitur: « Judeis autem nova lux oriri viset. » Sic Horatius gaudium Romanorum ex Cœlestis adventu ita describit:

Vultus ubi iussus
Affulsi populo, gratior illi dies,
Et soles melius nitent.

CUM MISERICORDIA (qua Hebreos e duro carcere liberavit), ET JUSTITIA — qua tyrannos Babylonios exterrosque hostes Iudeorum punivit, ait Theodoretus et Hugo; secundo, « cum justitia, » id est justa, puta fidelter exequens id quod promisit.

QUE EST EX IPSO, — cuius ipse auctor est, non

nos, nec nostra merita; ita Vatablus. Secundo, Maldonatus « quæ est ex ipso, » id est, inquit, quæ eis promissis ultrone facili respondet.

Nota: Hoc capite Deus Iudeis Babylonie redeuntibus promittit octo felicitates, scilicet, *primo*, vers. 4 et vers. 2, diploideum letitia aque a justitia, et mitram honoris eterni; *secundo*, vers. 3, splendorum maximum; *tertio*, vers. 4, nomen novum, scilicet « paci justitiae et honor pietatis;

quarto, vers. 5, quod collecti ab oriente usque ad occidentem turmatim redibunt simul, gaudentes in verbo Sancti; *quinto*, vers. 6, quod pedibus xierint, sed equis et curribus vecti splendide redibunt, quasi filii regni; *sesto*, vers. 7, quod Deus eis montes, esperia et profunda quoque complanabit, ut aquabili et facili vi transirent; *septimo*, vers. 8, quod sylva eis umbra, ligna odorata suavem halitum aspirabunt; *octavo*, vers. 9, quod solem iucundius et fulgidius incensem eis quasi faciem preferet.

Hac mystico facile est adaptare anima sancte tendenti in celum, tanquam peregrinanti adhuc in corpore et Ecclesia militante, quam e corpore excunxi. In celo enim, ait S. Augustinus in *Psalm. xliv*: « Omnia summa sunt, vera sunt, sancta sunt, eterna sunt, » et ad illa sit idem, *Psalm. lxxvi et lxxxix*: « Ipse rex descendit, et factus est nobis via in peregrinatione, ut in illis ambulantes nec erramus, nec deficiamus, nec in latrocinantes aut in laqueos incidamus, sed in illam civitatem perveniamus ambulantes. Ergo in Christo et adhuc peregrinantes, et suspirantes desiderio infulatis quietis, que in illa civitate habitat, non nos avertat inimicus a via. »

Primo ergo in celo fruenter letitia et honore semper: Erunt enim plissimi, Ideoque summe a Deo et angelis honorati: canent enim plissime et letissime Deo perpetuum Alleluia: « Beati, » inquit Psaltes, qui habitant in domo tua, Domini: in secula seculorum laudabunt te; » et: « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei, sicut letarium omnium habitatum est in te. » S. Bernardus in lib. *Meditat.* cap. iv: « Ibi, inquit, videbimus glorias decorum, sanctorum splendorem, et regie potestis honorum; cognoscemus Patrem potentiam, Filii sapientiam, Spiculas Sancti benignissimam elementum. O beata visio, vide Deum in sepius videre in nobis, et nos in eo felici iucunditate et jucunda felicitate! »

Quarto, in celo erunt turme et agmina sanctorum. « Ibi, » inquit S. Bernardus loco citato, una erit omnium lingua, jubilatio indefessa, unus affectus, amor eternus: paucis veritas, fulgebit si-
cuit sol humanitas glorifica, quieta erit et con-
cors carnis et spiritus societas, angelorum et ho-
minum unum erit gaudium, unum colloquium, unum convivium: que ergo nos angit vesania videtur sitre absinthium, et non magis convolare ad angelorum societatem, ut possimus in-
trare in potentias Domini, et vide superabun-

dantes divitias illas bonitatis illius? » Et S. Augustinus in lib. Med. xxii et xxv : « Ibi, ait, est dulcis sciennitas omnium ab hac tristis peregrinatione ad tua gaudia redirentur; ibi prophetarum prouidus chorus; ibi duodecim apostolorum numerus; ibi innumerabilium martyrum vitor exercitus; ibi sanctorum confessorum sacer conuentus; ibi veri et perfecti solitudinis cultores; ibi sancte mulieres que voluptae saeculi et sexus affirmavit viceunt; ibi pueri et puellae, qui annos suos sanctis moribus transcendunt. Dispar est gloria singulorum, sed communis est letitiae omnium. Omne opus eorum laus Dei sine fine, sine labore. Felix ergo et vere in perpetuum felix, si post resolutionem hujus corpuseculi audiā illa cantica celestis melodie. » Quale gaudium erit audire et videre virgines, martyres, confessores per milia turmatim prodire a Iaponia, e China, e Graecia, ex Persia, ex Aethiopia, ex Penu totoque orbe, et in unum beatorum Ecclesiam colligi? Ibi narrare suam conversionem, sua eventa, sua martyria? omnesque invicem quasi fratres amplecti ac jubilare.

Quinto, circuerunt hic in metothes, in bellibus caprini, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: sed ab angelis curru quasi triumphali vehementi in colum. « Curus enim Dei decem milibus multiplex, milia letantum. » Eius ergo ascaciamari poterit, quod Eliseus Eliae dum in colum raperebat acclamabat: « Pater mi, pater mi, curris Israel, et auriga ejus. » Sic anima Lazarii ab angelis, cum jubilo stratis est in colum. Sic et animas S. Martini, S. Servilli, S. Nicolai, S. Catharinae, et aliorum sanctorum angelis celesti melodici concinnotibus, gloriose triumpho in colum subiecta sunt.

Sexto, Deus illis omnia complanabit, nihil ibi erit asperum, nihil sublime, nihil depresso; sed omnia facilia et equabilia, omnia lata et jucunda: « Erit enim eorum summa felicitas, inquit

S. Bernardus, *Meditat. iv*, summa jucunditas, *vera libertas*, perfecta charitas, eterna securitas, et secura eternitas; ibi est vera letitia, plena scientia, omnis pulchritudo, et omnis beatitudo. Est ibi pax, pietas, bonitas, lux, virtus, honestas, gaudia, letitiae, dulcedo, vita perennis, gloria, laus, requies, amor, et concordia dulcis. »

Septimo, omnia beatos ~~creabunt~~, Deus, angelii, elementa, astra, aer, terra, quin et infernus ac dannati, quos se viciisse et pedibus premere gaudebunt. Merito ergo *oxclamat* S. Augustinus, loco citato: « O vita quam p. paravit Deus his qui diligunt eum, vita vitalis, vita beata, vita secura, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, vita nescia tristitia, vita sine labo, sine dolore, sine anxiate, sine corruptione, sine varietate, sine perturbatione, vita totius elegantiæ et dignitatis plenissima: ubi non est adversarius impugnans, ubi nulla peccati illecebra, ubi est amor perfectus et timor nullus, ubi dies eterni, et unus omnium spiritus! quanto plus te considero, tanto plus amore langueo. O vita felicissima! o regnum vere beatum! cui nulla tempora succedunt per aevum: ubi continuus sine nocte dies nescit habere tempus: ubi victor miles illis hymnidis angelorum sociatus choris, cantat Deo sine cessatione canticum de canticis Sion? »

Otavo, vis solem beatorum? audi S. Iannem, *Apostol.* xxi, 5: « Nox ultra non erit: et non egreditur lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, et regnabit in secula seculorum; » et cap. xxi, vers. 23: « Civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea: nam claritas bei illuminabit eam, et lucerna ejus est Agnus. Et ambulabunt gentes in lumine ejus. » Quin et sol ipse congaudens sanctos, longe erit fulgentior solito. « Et erit lux lumen sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum, » inquit Isaia, cap. xxx, 26.

CAPUT SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

*Ieremias Judæis captiuis per Nabuzardan collectis, in Babylonem jamjam iturus hanc dedit epistolam, qua eos dehortatur ne Chaldeorum idola sequantur: illa enim non aliud esse quam truncos et lapides, probat ex eorum materia, fabria, turpitudine, impotentia et incipiency ad omnia. Porro hanc epistolam esse *Jeremias*, patet ex II Machob. II, 4, ubi ejus nomine citatur; atque ex *Patribus*, nominatim ex Tertulliano in *Scorpiano*, ubi ait tres pueros, Danielis III, non posse adorare statuam regis, eo quod *Jeremias* hoc de re *ex ipsa epistola* premonivisset, et ne id facerent corroborasset (1).*

Exemplar epistolarum, quam misit *Jeremias* ad abducendos captivos in Babyloniam a rege Babyloniorum, ut annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi a Deo. 1. Propter pec-

(1) Postquam *Jeremias* de imminente captivitate, ejusmodi, in narratione prophetico locutus est, 1. 9. ad cavendum idolatriam Judeos exhortatur, ad sperandum aliorum exemplum et metum humanum, ad orandum

cata quæ peccasti ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi a Nabuchodonosor rege Babyloniorum. 2. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi anni plurimi, et temporibus longis, usque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace. 3. Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos, et argenteos, et lapideo, et ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. 4. Vide ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis, et metutatis, et metus vos capiat in ipsis. 5. Visa itaque turba de retro, et ab ante, adorantes, dicite in cordibus vestris: To oportet adorari, Domine. 6. Angelus enim meus vobis cum est: ipse autem exquiram animas vestras. 7. Nam lingua ipsorum polita a fabro: ipsa etiam inaurata et inargentata, falsa sunt, et non possunt loqui. 8. Et sicut virgini amanti ornamenti; ita accepto auro fabricati sunt. 9. Coronas certe aureas habent super capitâ sua dii illorum: unde subrabant sacerdotes ab eis aurum et argentum, et erogant illad in semetipsos. 10. Dant autem et ex ipso prostituti, et meretrices ornant: et iterum cum reperiunt illad a meretricibus, ornant deos suos. 11. Hui autem non liberantur ab ærugine et tinea. 12. Opertis autem illis ueste purpura, extergunt faciem ipsorum propter pulverem domus, qui est plurimus inter eos. 13. Sceptrum autem habet ut homo, sicut judex regionis, qui in se peccantem non interficit. 14. Habet etiam in manu gladium, et securum; se autem de bello, et a latronibus non liberat. Unde vobis notum sit quia non sunt dii. 15. Non ergo timeritis eos. Sicut enim vas hominum contractum inutile efficitur, tales sunt et dii illorum. 16. Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introcurrent. 17. Et sicut aliqui qui regem offendit, circumsepti sunt januae; aut sicut ad sepulcrum adductum mortuum, ita tantur sacerdotes osia clausuris et seris, ne a latronibus expolientur. 18. Linternas accidunt illis, et quidem multas, ex quibus nullam videre possunt: sunt autem sicut tristes in domo. 19. Corda vero eorum dicunt elingere serpentes, qui de terra sunt, dum comedunt eos, et vestimentum ipsum, et non sentiunt. 20. Nigra fluit facies eorum a fulmo, qui in domo fit. 21. Supra corpus eorum, et supra caput eorum volant noctuæ et hurrides, et aves etiam similiter et cattæ. 22. Unde sciatis quia non sunt dii. Ne ergo timeritis eos. 23. Aurum etiam quod habent, qd speciem est. Nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, sentiunt. 24. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis. 25. Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitem suam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. 26. Propterea si ceciderint in terram, a semetipsis non consurgent: neque si quis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur. 27. Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, et abutuntur: similiter et mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliiquid impertunt; 28. de sacrificiis eorum fœtæ et menstruæ contingunt. Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timeatis eos. 29. Unde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt diis argenteis, et aureis, et ligneis: 30. et in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, et capita, et barbam rasam, quorum capita nuda sunt. 31. Rungunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cena mortui. 32. Vestimenta eorum

solum Deum, et sperandam ab eodem tutelam, 3-6; vanitatem idolatrias et abs iridatatem ostendens.

Primo, ex idolorum ornatum mere asciitio, ad turpitudinem usurpatam, nec decorum, nec vires tamen conferente, 7-15.

Secundo, ex eorumdem impotentiæ, et substantia omnis actionis expertise, 16-22.

Tertio, ex simulacrorum materia et fragilitate, 23-26.

Quarto, ex victimis contaminatis, et sacrificiis hypocritis, 27-32.

Quinto, ex libido et vanâ mulierum idola colentium superstitione, 42-44.

Sexto, ex defectu omnis auxiliis inde sperandi, 33-41.

Septimo, ex fabricantium illa ac custodiendum vilitatem et debilitatem, 45-51.

Octavo, ex impotentiæ idolorum in omnis generis necessitatibus probata, ab ipsis eorum sacerdotibus agita, et facto contestata, 52-58.

Nono, ex collatione cum astris, elementis et animalibus, virtute majore a Deo predictis, 59-68.

Decimo, ex æquitate predictæ impotentiæ cum illa stipulis, spina ac cadaveris pari, 69, 70.

Undecimo, ex opprobriis idola et idololatras excepturis, a justo autem illorum contemptu evitandis, 71-74.

aferunt sacerdotes, et vestiunt uxores suas, et filios suos. 33. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere: neque regem constitueri possunt, neque auferre. 34. Similiter neque dare divitias possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum vorerit, et non reddiderit; neque hoc requirunt. 35. Hominem a morte non liberant, neque infirmum potentiori eripiunt. 36. Hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt. 37. Vidua non miserebuntur, neque orphans beneficient. 38. Lapidibus de monte similes sunt di illorum, lignei, et lapidei, et aurei, et argentei. Qui autem colant ea, confundentur. 39. Quomodo ergo estimandum est, aut dicendum, illos esse deos? 40. Adhuc enim ipsi Chaldeis non honorantur ea: qui cum audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui: 41. quasi possint sentire qui non habent motum, et ipsi cum intellexerint, relinquunt ea: sensum enim non habent ipsi di illorum. 42. Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent, succendentess ossa olivarum. 43. Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeante dormierit cum eo, proximæ sua exprobrent quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, nec e funis ejus disruptus sit. 44. Omnia autem que illis fiunt, falsa sunt. Quomodo estimandum aut dicendum est, illos esse deos? 45. A fabris autem et ab aurificis facta sunt. Non alii erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes. 46. Artifices etiam ipsi, qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Numquid ergo possunt ea que fabricata sunt ab ipsis esse di? 47. Reliquerunt autem falsa et opprobrium posteri futuris. 48. Nam cum supervenerit illis præmium, et mala; cogitant sacerdotes apud se, ubi se abscondant cum illis. 49. Quomodo ergo sentiri debeant quoniam di sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt? 50. Nam cum sint lignea, inaurata, et inargentata, scierit postea quia falsa sunt, ab universis gentibus et regibus: que manifesta sunt quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, et nullum Dei opus cum illis. 51. Unde ergo notum est, quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, et nullum Dei opus in ipsis est? 52. Regem regioni non suscitant, neque pluviam hominibus dabunt: 53. Judicium quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab injuria: quia nihil possunt, sicut cornicula inter medium cœli et terra. 54. Etenim cum incidet ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, et aureorum, sacerdotes quidem ipsum fugient, et liberabuntur: ipsi vero sicut tristes in medio comburentur. 55. Regi autem, et bello non resistent. Quomodo ergo estimandum est, aut recipiendum quia dii sunt? 56. Non a furibus, nequa latronibus se liberabunt di lignei, et lapidei, et inaurati, et inargentati quibus hi qui fortiores sunt, 57. aurum, argenteum, et vestimentum quo operi sunt, auferent illis, et abibunt, nec sibi auxilium ferent. 58. Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam; aut vas in domo utile, in quo gloriabitur qui possidet illud; vel ostium in domo, quod custodit que in ipsa sunt; quam falsi dii. 59. Sol quidem, et luna, ac sidera cum sint splendida, et emissa ad utilitates, obaudient. 60. Similiter et fulgor cum apparuerit, perspicuum est: id ipsum autem et spiritus in omni regione spirat. 61. Et nubes, quibus cum imperium fuerit a Deo perambulare universum orbem, perficiunt quod imperium est eis. 62. Igitu etiam missus desuper ut consumat montes et sylvas, facit quod præceptum est ei. Haec autem neque speciebus, neque virtutibus uni eorum similia sunt. 63. Unde neque existimandum est, neque dicendum illos esse deos, quando non possunt, neque judicium judicare, neque quidquam facere hominibus. 64. Scientes itaque quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos. 65. Neque enim regibus maleficent, neque benedicent. 66. Signa etiam in celo gentibus non ostendunt, neque ut sol lucebunt, neque illuminabunt ut luna. 67. Bestiae meliores sunt illis, quae possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi. 68. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii: propter quod ne timeatis eos. 69. Nam sicut in cucumerio formido nihil custodiit: ita sunt dii illorum lignei, et argentei, et inaurati. 70. Eodem modo et

In horto spina alba, supra quam omnis avis sedet. Similiter et mortuo projecto in terris, similes sunt dii illorum lignei, et inaurati, et inargentati. 71. A purpura quoque et murice, que supra illos tineant, scieliis itaque quia non sunt dii. Ipsi etiam postremo comeduntur, et erunt opprobrium in regione. 72. Melior est homo justus, qui non habet simulacra: nam erit longe ab opprobriis.

QUAM MIST JEREMIAS. — Ille patet hanc epistolam esse Jeremias, scriptam vero a Baruchi: unde in Graecis Sixtinis sive Caraffæ, huc epistola posterior immediate post Threnos Jeremias (1).

(1) Jeremiam hujus epistola esse auctorem multipliciter probatur, *primo*, ex ipsa inscriptione; *secundo*, ex aliacione non obscura ad illam facta per auctorem libri *Historiarum* II, *tertio*, ex testimonio Ecclesiæ apud quam semper recepta est ut a Jeremias scripta; et si aliquando Baruch auctoripet, ut causa est quod in pluribus exemplaribus Graecis, ut in nostris *Baruchi* variatio adjuncta est; sed eam post *Lamentationes Jeremias* exhibent plura exemplaria; *quarto*, ex eo quod nihil in ea sunt etiati, moribus Jeremias, at tandem reliquis circumstantiæ assumunt, ut recte observant Huetius: *Caterium auctorem indicat Jeremias lemma ipsam ac materies operis; tum et si ad quos scripta est, et scriptio eius tempus: et decimum preterea praedictum ipsum caput, quod in eodem versatu argumento, et sententias habet ejusdem scriptoris (note) magnum ostendit germanitatem.*

Oulicent equidem hinc rationaliter qui Baruchi auctorentur impugnare, *primo*, quod ista epistola non in omnibus exemplaribus grecis inventa, et a Judeis, nec non a S. Hieronymo repudiata fuit; *secundo*, quod longe dissimilis modo ac Psalmista, Isaïas et ipsa Jeremias scripta sunt: *tertio*, quod in ista epistola dicunt captivitatem Babyloniam duratorem usque ad generationes septem (v. 2) sive ultra 200 annos, dum *Jerem. xxxi, 10*, dicitur illam futurum 70 annorum.

Sed respondemus ad *primum*, nihil mirum esse si non aliquibus exemplaribus gracie desideratur: nam in tam exiguo libello comprehenditur ut facile alieni amanentes excidere poterit, idque eo magis creditibile est, quod, ut supra diximus, non emulam in omnibus manuscriptis codicibus obtinet locum, et aliunde illam præsumtisse opportunitatem visum fuerit, quia de hisdem ageret ac *cap. x, 1, 16. Jerem. In annotationibus ad Proemium Baruchi rationes expressimus*, ob quas eam *Julai* nec non et librum Baruchi in Canone non inseruerunt. Qued vero Hieronymi sententiam *Judæorum* repulse faventem, feliciter compensant alliorum SS. Patrum testimonio. *Ad secundum*: est dissimiliter et proportionis idolis tractat auctor hujus epistola ac alii scriptores sacri; sed quid inde concludendum? Quod ista minutiissima amplificatio ne indigebat. Judei ad idolorum cultum tam propensi, et presentem eum inter idolatras vitam degener. Necham ista descripsit temporis quo vivebat Jeremias sicut videatur doctissimis nostris etatibus scriptoribus; ex hac epistola et contra multa maximis probis iudicis educti posse assertum tuum de idolorum ornatum, tum de artibus in usu aegypti Babyloniorum. Vide Raoul *Bouchette, Description de Babylone, Annales de Philos. Chrétienne*, tom. XI, pag. 148, et tom. X, pag. 447. *Ad tertium*, vide *Commentarium Corinphi infra vers. 2. Justus sententiam inter plures a nostro interprete indicatas dicimus: quod equidem apud antiquos representantur generationes, 100, 50, 33, 20, 10 et 7 annorum, sed vox *πεντηκοσια* significat hic spatium 10 annorum: ut mos*

At tribus exadi ut quarti adveniret etas.

Ubi Servius: *Quarta etas, inquit, id est quartus annus, et addit: Elas, ait, significat quodvis tempus. Sic ait et Varro: « Etatem vix decimam, » id est vix decimum annum. « ingressus; » et *Plinii*, lib. VIII, cap. xi: *Annua, inquit, etas etiam justa est ad pariedum. » Hinc octavo, *πεντηκοσια*, sive *etas*, est spatium decem annorum: denarius enim insignis plenius est numerus, qui omnes simplices numeros, quos arithmeticè digiti vocant, puta omnes ab uno ad novem, in se complectunt. Rursus, denarius primus et numerus multitudinis post digitos, estque terminus et in oriente, uni ad matutam atatem septem pervenient cum decimo anno. Aliunde sic etiam Diogenes Laertius scribit scholam Pythagore 19 etatibus, generationibus substituisse, ad exprimendum illam 190 annis stetisse.**

numerandi: nam post decem redimus ad unitatem: decem et unum sunt undecim; decem et duo sunt duodecim, et ita consequenter. Sic hoc loco capitulū *γένεσις*, id est *generatio*.

Septem ergo generationes sunt septuaginta anni captivitatis, qui inchoantur anno undecimo Joakim, et terminantur anno primo Cyri, ut dixi, *Jerem. xxv, 11*; eo enim se refert Baruch discipulus et scriba Jeremias. Licet a Castro haec referat ad 70 annos desolationis, qui, inquit, inchoantur anno undecimo Sedece, et terminantur anno secundo Darii Hystaspis, de quibus dicendum est, *Zach. i, 12*. Nonnulli generationem hic accipiunt septem annorum, ut septem generationes sint 49 anni; tot enim, inquit, fluxerunt ab anno undecimo Sedece, quando haec scripsit Jeremias, usque ad annum primum Cyri: nam Nabuchodonosor exinde regnavit 24 annos, Evilmerodach 23, Balassas 3; verum haec nostra chronologia non consentit: inchoantur enim annos 70 captivitatis ab anno undecimo Joakim, dicendum est ab anno undecimo Sedece usque ad *anno* primum Cyri fluxisse annos 59.

Alius has septem generationes explicat Vilalpando Noster in *Apparatus Ezech.* part. I, lib. III, cap. II: Generatio, inquit, complectit quatuordecim annos; tunc enim mas potens est generare, tuncque valide matrimonium contrahit. Porro generatio hic caput non pro actu generandi, sed pro genitis sive filiis. Generatio ergo prima ab Ierusalem est translatā Babylonē: ea cum primum Babylonē appulit, filios, id est secundam generationem, procreavit; haec vero post quatuordecim annos tertiam; tercia post totidem annos, scilicet anno 28 desolationis, quartam genuit; quarta anno 42 desolationis genuit quintam; haec sextam anno 56, que tandem septuaginta generationem edidit anno desolationis 70 quo e captivitate liberati sunt. Haec explicatio non est improbabilis, nec incongrua.

3. OSTENTANTES METUM GENTIBUS, — ad invenientiam hominibus religionem et sacram quemdam metum ac reverentiam.

4. FACTIS ALIENIS. — Graecē est *ἄλλορπα*; id est alienigenis, puta Chaldeos, q. d. Ne vos confundam Chaldeorum idololatria.

5. ADORANTES, — Graecē est *προσκυνώντες*; *προσκύνα*, id est *adorantes* (scilicet turbam, puta Chaldeos) ipsa, scilicet idola. Noster non legit *προσκύνα*; unde *adorantes* refutat ad *Judges*, non ad Chaldeos.

6. ANGELUS ENIM, — scilicet Michael, ut colligitur, *Daniel. xii, 1*, ubi inducitur Michael quasi custos et praeses Hebreorum, q. d. Ne adorate, non idola Chaldeorum, nec est quod Chaldeos timeatis: ego enim vos ab illis defendam; nam ego paternam vestri curam gero. *Primo*, quia angelum meum vobis destino in tutorem, utique ipse vos educat ex Babylone, sicut eduxit ex *Egypto*; eo enim alludit, scilicet ad *Exodi xxxiii, 2*. Secundo, quia exquiram animas vestras, id est

vindex vester ero, ulciscar injuries vestras, ac presertim mortem si quis eam vobis intulerit. Ita Hugo et Lyranus.

8. AMANTI ORNAMENTA (sicut virginis *παρθένου*, id est ornatum amanti et affectanti, undecimque ornamenta concurruntur): ita (Chaldei idololatriæ) *AURO ACCERPO* — idoli ornatum aspiciunt.

9. UNDE SUBTRAHUNT, — q. d. Sacerdotes aurum a diis suis auferunt, et in suis usus converlunt, dantque prostitutis et meritebus—quas domi alunt. Ita Graeca. Ex eo quod idola sint insensibili quasi saxa et metallū, que patientur sibi ornamenta eripi, omnemque aliam injuriam tollent; ostendit eos non esse deos, immo non esse animalia, nec ullam habere nostri cognitionem, curam atque providentiam. Vere Poeta:

*Molus nihil est nisi marmor inutile, cuius
Est proprium numquam vivere, scire nihil.*

41. AB ERUGINE ET TINEA, — q. d. Idola corrugant seragine et tinea, atque pulveribus operantur, nec eos excutere possunt, perinde ac si mera ligna aut lapides essent, uti revera sunt: non ergo sunt dii.

13. SCEPTRUM AUTEM HABET, — idolum sceptrum gesta, quasi rex et judex esset omnia gubernans, cum neminem damnamare et interficere possit. Est enallage: locutus est enim de idolis in plurali, nunc de ipsis loquitur in singulari numero.

47. SICUT ALICUJ QUI REGEM OFFENDIT, CIRCUMSEPTE SUNT JANUS (dum quasi reus carceri includitur); AUT SICUD AD SEPULCREUM ADDUCTUM MORTUUM. — Id est, siucti cadaver mortuum cum ad sepulcrum adducatur, tauri solent custodes, ne spoliatus pretiosis vestibus, armis et instrumentis, cum quibus illud humare solent tam Judei quam gentiles. Ita Hugo et Lyranus. Alter ex Graeco jam verit̄ Vatablus, sic: *Uti cuiquam qui regem offendit atra circumclusi solent, tanquam ad supplicium abducendo: ita sacerdotes aedes eorum mununt ostis, claustris et vestibulis, ne a latronibus, aut potius furibus (quos et ipsos a latendo *προστάτης*; voces) complentur.*

48. SUNT AUTEM SICUT TRABES, — idola sunt stipes, ligna et saxa, que lumen videtur non posse. Vide Delrio, *adagio* 883.

19. CORDA. — Aliqua enim idola erant interior terrea, vel ex alia fragili materia; exterior vero erant aenea vel auro, et sic serpentes qui terram comedunt, comedebant corda, id est interiore horum deorum. Secundo, Maldororus: «Corda, et inquit, id est medium ligni ex quo facti sunt, elongunt et corrodunt serpentes, id est vermes, ut sit catachresis.

21. CATTE, — cattii, feles: graecē enim est . Ita Vatablus.

24. EX OMNI PRETIO, — maximo prelio sunt empta, et tamen carent spiritu. Ita Vatablus.

IN QUIDUS SPIRITUS NON INEST IPSIS. — ipsi per hebraismus redundant, unde videtur inter-

pres ex Hebrewo haec transtulisse: nam in Greco non est.

26. MUNERA. — Graecum *δῶσαι* etiam significat *palmum minorem*, qui quaternum digitorum erat, idem quod *πατέρα*, seu *tertia pars spithamea*, ut tradit Eustathius. Sic accipit hic Pagninus, q. d. Palmo humerisque fulcent idolum, ut stet, ne eadat.

27. MULIERES FORUM DECERPENTES, — ex donariis que idolis oblatā sunt. Graecē *τραχίζειν*, id est in *genum recedentes* 1. d. Omnia sibi reservant, nihil enim appetiuntur.

28. FOETE, — puerperae, que quia immundae, arcuntur templo et sacris, *Levi. xii, 2*. Licet enim haec lego Iudeorum gentiles non obligantur, tamen per se indecens erat personas ita sondidas et pollutas sacra contingere, presertim apud Iudeos quibus id era abominabile; unde Propheta id eis inculcat, ut ex eutorum irreverentia ostendat ipsius cultura, puta idololatrie turpitudinem.

29. QUA MULIERES APPONUNT — escas, vel donaria et anaphemata suis idolis. Est subiectio: rogat enim: Unde idola sunt dii? Respondet: Quia stulte et superstitione mulieriles eis, quasi dili-
dona apponunt: mulieres ergo faciunt hosce deos.

30. TUNICAS SCISSAS. — Quod vetatur Iudeis, *Levit. x, 6*.

31. BABYLONIAS. — Quod vetatur laicis Iudeorum, *Levit. xix, 27*; et sacerdotibus, *Levit. xxi, 5*, tum honestatis et decoris causa, tum ne haec in re communicaret cum sacerdotibus Isidis, aliorumque deorum genitilium. Vide dicta *Levit. xix et xxi*, *Ezech. xlvi, 22*. Nota illorum hypocrisis et simulationem. Rursus Iudeos abstinet ab eorum cultu et ceremoniis, quod eis repugnat ritibus a Deo et Mōse instituti.

31. RUGENT CONTRA DEOS (clamant ad deos suos misero et lugubri ejuslato) sic ut COENA MORTU, — id est, sicut sol-nt audiri lugubres clamores ei genitus in coena fuerint alienus mortui, maxime quia gentiles, ut ait Epiphanius in *Anchora*, ad sepulcrum ferentes cibum, insolenti clamore evocabant defunctos, dicendo: Resurge, o ictor! comeedi et bibi. Vel dicentes, Vide. Sic Achilleum in funere Patrocli fecisse ait Homerus *Iliad. XVIII*: «Salve, mi Patrocle, atque vale: et Eneam in funere Pallantius, Virgilius, *Eneid. XI*:

*Salve aeternum mihi maxime Palla,
Eternumque vale.*

Ita Hugo, Lyranus et Dionysius. Inuit deos genum fuisse homines, jamque esse mortuos. Nam ut ait Cicero, lib. I *De Natura Deor.*: Suscepit vita hominum consuetudo communis, ut beneficis excellentes viros in celum fama ac voluntate tolleret. Ille Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Esculapius, hinc Liber. » Nam Esculapius medicina; Liberum, Saturnum et Cererem agri-

cultura; Apollinem cithara; Vulcanum fabrica deos fecit. Hinc *Egyptus* isidem, docte Athenae Minervam colure; quod illa lini, haec olei usum artemque lanifici inventisse credatur.

« Accesserunt etiam Poete, ait Lactantius, lib. I, cap. xv, qui compositis ad voluntatem carminibus, in celum eos sustulerunt, sicut faciunt qui apud reges etiam malos, paucigyrīcis mendacibus adulantur. Quod malum a Græcis ortum est. Unde eo sic incrēpat Sibylla :

*Graecia quid confidis in viros principes?
Ad quid dona inanis mortis ponis?
Immodis idolis: quis ubi in meā dolorem
Imponis, ut haec perficias magni Dei ore
Relicio?*

Porro cena haec mortuorum a Græcis vocabatur *πεπίπτωσις*, a Terulliano in *Apolog.* et a Latinis *silencium*. Hinc senes capulares, etiam dicti *silencium*, quasi pro quibus jamjam morituri cena funeralis paranda esset. Non ergo a curvitate, quod *silices* spectent, ita dicti sunt, ut aliqui pularunt, sed a cena hac que *silencium* dicebatur, eo quod cum *silento edentes cernerent*, vel quod silentes cogitarent se mox illum secuturos esse. Unde absentes a convivio, velut non amplius se visuri, invicem salutantib, dicebantque: Vale. Hinc Varro: «Funus executi, laute ad sepulcrum antiquo more silencium confecimus, id est convivium in quo pranzi discedentes dicimus alii alii: Vale. »

34. NEQUE HOC REQUIRUNT, — non expostulant, non uiceuntur voti et promissi sibi facti neglegunt et perfidiant.

40. AIDUC IPSIS CHALDEIS NON HONORANTIBS EA, — q. d. Presertim cum etiam ipsi Chaldei contumaciter idola sua; cum enim muti a Balo multo loquuntur, nece impetrant, siue intelligunt idola sua esse muta, relinquunt ea et missa faciunt. Ita Juvenalis, *satyr. 13*. Jovi insultul:

*Audis,
Jupiter, haec nec labra moves? cum mutare vocem
Debarcas, vel marmores, vel aheneas.*

41. QUASI POSSINT SENTIRE QUE NON HABENT MOTUS, — scilicet naturalem, ut animalia. Non enim potest quippe, quod totum sit atque integrum, et suam natum retineat, tali motu carens, habere sensum. Omne ergo quod sentit, per se et moveri potest, vel progr̄endo, vel se dilatando et contrahendo. Dico per se: nam per occidens, puta per morbos, et in toto animali, et in parte potest perire motus manente sensu: in toto quidem, ut per catalepsim; in parte vero, cum paralysis non procedit usque ad sensus sublationem. Adde, ex motu nos judicare de sensu et vita: unde Ecclesia non baptizat abortivos totus, nisi motus aliquis speciem p̄e se ferant. Hoc et plura Valesius *Sacra Philosoph.* cap. LXXX. Ratio a priori est, quia animalia omnia habent ca-

rebrum : a cerebro autem quasi a proprio principio manatam motus quam sensus, per instrumenta, scilicet per nervos et musculos.

Nota : Idola et statuae movere se possunt varfin modis. *Primo*, si eis indatur argumum vivum. *Secondo*, per ventum quem sinibus suis affabre faciunt, quoniam Albertus Magnus olim, et nunc Mirabiliori faciunt corvos et dracones volantes, quales sepius vidi. *Tertio*, per pondera, rotas et aequilibria dixire in statua, quasi in horologio, disposita. Ita oblatia est mihi Norimberge venalis statua pueri Jesus elegansissima, que mox ut loculum in quo jacebat aperiebat, caput moti fando annietare et arridere videbatur. Ita Auguste Viadictorum vidi tum alia, tum Contaurum inauguratum Nostro P. Trigatio pro Sienensis donatum, qui facta rotule cujusdam per se sponte procurebat ad spatiuum trium quatuorpedum, telum ex areu exalabatur usque in tabulatum, sombat, pulsabat, aliaque mira faciebat. Verum nihil horum fit motu animali, qui a forma intrinseca, pulsa ab anima et spiritu vitali, proficiscitur : unde motus hi non diu durant, et cessante causa impellente cessant.

Erst — cultores idolorum, puta Chaldei, relinquunt ea, ut dia. Graeca confrarie habent, et non possunt ipsi intelligentes reliquere ea, id est ipsi idololatrie adeo sunt dementi et excusati, ut cum intelligenti idolorum mutorum vanitatem et soliditatem, ea tamen ex inverata prava contundere reliquere non possint.

42. MULIERES CIRCUNDATE FUNIBUS. — Nota ex Herodoto, lib. I, Babylonias et Cyprias virginem ante matrimonium, immo omnes eorum mulieres sic coluisse Venerem, ut semel saltent in vita ad Veneris templum desiderent, suamque pudicitiam exponerent, ut qui primus obvius vellet, eis abutretur, dato tamen prelio cum hac imprecatione : « Tanti ego tibi deari Milyttam, » id est Venerem, « imploro, » hocque pretium iste illusus templo Veneri dicabant, siue virginitate quasi Veneri dicata, putabant se faustas intereuptas. Audi S. Augustinum, lib. IV *De Civit. cap. x.* « Veneri, ait, Phoenix domum dabant de propitios figuris, anterum eis jungerent viris. » Idem de Phoenixis mulieribus testatur S. Athanasius, orat. *Contra idola*, ubi originem idololatriarum investigans eam institutam esse ait : « desiderio eorum, qui simpliciter propudie pleni, segmentis representantur ; itaque turpissimum sibi suorum deorum vestimenta idolorum cultores imitandam proposuisse. Et Strabo, lib. XI, in fine, agens de sacris Persarum, Meditorum et Armeniorum, sic scribit de Anatide : « Hec est Venus in oriente culta, Armeniorum idolum : illustrissimi ejus nationis filia sua virgines ei dedicant, ac lex est ut longo tempore apud eam constitutae, deinde nuphim dentur, nomine talis mulieris conjugum designante (o miseros cornitos, et infames gentilium maritos) Tale quippe etiam Herodotus de Lydiis mulieri-

bus scribit : omnes enim ea meretrices sunt. » Sic Scotti gentiles, filias suas sponsas antequam a sponsis cognoscerentur, primo regi suo violandas tradebant : cuius incestus loco et vice jam christiani effecti induxerunt, ut nova sponsa certum numerum regi pendant. Cujus rei festes sunt Polydorus Virgilii et Hector Boetus in *Hist. Scot.* Vidi : hic gentilismi stolidam et insanam spuriatiam, religionis, id est superstitionis larva, demonis suggestu obtectam.

Hac de cause juxta templum Veneris plurima erant diverticula, ait Herodotus, funiculi distincta, additique aliquas distorsiones ad duos vel tres annos ibi desessisse, et amasios expectasse in tentoribus, que funibus tendebantur. Atque de hisce funibus putant aliqui Baruch hic loqui. Verum obstat quod non erat necesse hos funes rumpere, quod tamen de suis at hic Baruch : deinde addit ipsas mulieres circumfluentes fuisse funibus ; ergo mulierum, non tentoriorum erant hi funes.

Quare *secondo*, funiculi hi possunt accipi serte de juncis et floribus contexta, quibus haec prostitute capita cingebant, teste Herodoto, et Strabone qui ait eas *theominge*, id est vinculo vel funiculo, coronatae fuisse.

Tertio et propriissime, haec mulieres cingulo vel corporis corpus vinciebant, ut significantur se virginis, et Veneris religione et amore captas deliri, hoque signo quasi Veneri sacras, primo obvio sui copiam facere, et petere ut funem solvat, et nefaria sacra Veneri faciat : siue incesta copulatione, cesto sive zona disrupta, matrimonium inhibant. Idem faciebant conjugate si Veneri se dicere vellet. Ita ex Herodoto, Strabone et Curtio, lib. V, a Castro. Hinc cestus, sive zona prisca signum erat virginis et virginitatis, quam tunc primum solvabant mariti, cum nova nuptia primo eorum thalamum subibant. Sic Romani in phitro, amasi statuam ternis funiculis colligabant. Testis est Virgilius, *ecloga 8.*

Ossa OLIVARUM, — τὰ μῆτρα, id est furfures tritice vel hordae, ait Vatablus. Sic enim μῆτρα accipiunt Hesychius, Dioscorides et Theophrastus. Sed melius Noster hic verit, « ossa olivarum, » id est nucleos duros et quasi osses olivarum (sic Beccoldius apud Henricum Stephanum in *Lexico* μῆτρα vocat *ossiculum olivei*), vel ministras olivas duriores, ac pene osses, utpote quae solo ferre constent nucleo. Dicuntur his μῆτραι, quod furfure et sint coloris, vel quoc. « Ollis tritis et consistunt ossa sint quasi furfures et excrements. » Ita Athenaeus, lib. II, cap. xiv, ex Callimacho et Philomone : Ηραπέτε, ait, sunt olives θαρτα id est tritae, contuse, vel, ut alii legunt, φάλαι, id est matia. Oliva enim prisca tam Egyptiis quam Hebreis, teste Pierio, *hieroglyph. 53*, hieroglyphicum fuit misericordiae pacis, amoris, concordiae ; immo supplications, spei et precum. Unde Statius :

Vitatis laurus et supplicis arbor oliva.

Hinc Romani pro oliva lanrum teste Virgilio urebant, quasi amasio supplicantes. Hoc ergo *plutrum* sive *veneficum* magicum erat, quo diaboles iste, quas nec divisie, nec forma, nec genus commendebat, cremando ossa, id est nucleos, olivarum flammam concupiscentie testabantur, et processum durilicem mollire et incantare studabant, ne diu desiderarent, sed citio amasium allicerent. Unde simul cum hac crematione precarabantur, ut sic hospites sarum ambo torrearentur, Denum sic adusta, et in cineres redacta spargebant in ventum, jacta trans caput. Sic enim Thoeritus, in *Pharmaceutica*, docet hoc a Babylonis didicisse Graecos, scilicet Smyrnae veneficam, que Delphidem juvenem deriperat. Sic enim ait : « Sic ego hanc ceram Deo juvante liquefacio, ita pro amore statim liquefatur Myndius Delphis ; utque volvitur hic aeneus orbis, op Veneris, sic illa volvatur ante nostras fores. Iyx, trah tu illum meum virum ad dominum nostrum, nunc sacrificabo vel succendam pityra. » Et Virgilius, *Elogia 8 :*

For cimenes, Amarilli, foras, rivoque floscat
Transque caput jacea.

Ha Guevara prefatione in *Habacuc*. Vide Delrio in *Magic.* part. I, Ques. III, sect. II, et Pererum in *Daniel.* v. 4.

Porro apposite ignem concepcionis sue testabantur cremando nucleos olivarum, quia hi nuclei, utpote oleati et pingues, vehementer ardent immo praes nucleis aliorum arborum flammam vomunt : qua de causa in Apulia fornaces, in quibus coquitor vitrum, calx, etc., que ardentinissimis sunt, nucleis olivarum tritis accidunt : oleis enim ita abundant, ut inde ignem struant. Lignum autem olei, etiam si viride sit et recenter succusum, ardet tamen et flammam edit, quia pingue et oleatum. Id ipsum Romae mihi affirmarunt vires graves osculati testes, immo ad oculum ostenderunt.

Affert obscenitatem hanc idololatrariam Jermias, q. d. O Hebrewi, advertebant obscenitatem idololatrie, videte an hic sit Deus, cui quasi lenoni stupra, et stupri prefia genitibus offerunt, contra legem, *Deut.* xxiii, 18; rursum cui ne olivas quidam aut oleum, sed tantum ossa olivarum contrita, scilicet sordes et excrements, dedicant. Nimirum talibus gaudet demon, hoc ejus est thyrimana, ut habent Graeca. Deus autem vester et verus gaudet castitate, victimis purissimis et optimis, ac thymate odoratissimo.

Hinc idolorum, lib. III *Sententiarum*, cap. xii : Poeta, sit, fixerunt Venerem impudicam esse deam, et Martem adulterum esse deum, ut hominum haec flagitia persuaderent, quasi in usus deos imilarerent; quis enim non honestum putaret, si quis licet arbitraretur, quod dei fecisse dicebantur?

44. FALSA, — vana sunt, res nihil, res menda-

ces sunt, q. d. Idola omnisque eorum cultus falsa sunt, et superstitiose ab hominibus ad inventa.

43. SACERDOTES. — Graeci τυράννοι, id est fabrificatores sive artifices idolorum, quales erant sacerdotes, qui ea curabant fieri, vel ipsi ea faciebant.

46. NON SUNT MULTI TEMPORIS, — q. d. Artifices idolorum sunt brevis aevi et vite; quonodo ergo possunt facere deos aeternos et immortales?

47. RELIQUERUNT AUTEM FALSA ET OPPROBRIUM, — reliquerunt idola, que sunt res false et mendaces, dignaque opprobrio. *Secundo*, reliquerunt posteris falsum fidem et religionem idolorum, dignaque opprobrio. *Tertio*, q. d. Pro diis reliquerunt materialia falsitatis et opprobrii posteris : magna enim falsitas, error et opprobrium est ligna et lapides colere quasi deos. Ita Mardonius.

49. SENTIR — existimari, q. d. Palpari pene potest manus quod ipsi non sunt dii. Ita Graeca.

50. SCITUR POSTEA, — prudentia naturals ex eventu et experientia quod idola non sentiant, nec juvent, docebunt tandem omnes gentes ea non esse deos. Ita Hugo. *Secundo*, q. d. In lege et luce evan gelica tota mundus cognoset et despiciet idola. Ita Lyranus.

ET NULLE DEI ORUS CUM ILLIS, — idola scilicet nihil posset facere quod proprium sit Dei; puta non posse mortuos suscitare, ecos illuminare, mutis loquaciam dare, reges creare, pluvias tribuere, ut sequitur.

51. UNDE ERGO NOTUM EST, — q. d. Non aliunde quam ex ipsa idolorum inspectione, et ex experientia, q. d. Quid opus est argumentis? res in se nota et clara est, scilicet quod idola non sunt dii. Unde Graeca habent, τὸν τὸν ποτεστὸν τὸν, cui ergo cognoscendum est eos non esse deos? q. d. Quis tam hebes est, ut debeat doceri idola non esse deos? Vatablus pro ὃ legit ἄτο, unde verit, quis nesciat illos non esse deos?

53. IUDICUM QUODQUE NON DISCERNENT, — non diligenter lites hominum edito miraculo, ut Deus diremit item Aaronis contra Core, Dathan et Abiram, Num. 16, et alias sepe.

Sicut CORNICULE, — imbellies et imbecilles, quae licet avium putentur esse duces, tamen ignave volantes vix teli jactum effugiant, et in prelio statim hosti cedunt.

Secundo, sicut cornicula infirmissime sunt aves, et preter croculationem nihil habent : sic et idola praeter materiam et externam figuram nihil habent. Hinc a corniculis proverbiu est κόπτει, id est cornicori, significans inepte garrire, quod usurpat S. Hieronymus, epist. ad Rusticum, et Petrus, satyra 5 :

Nescio quid tecum grave cornicaris incepte.

Tertio, sicut gentiles observabant volatus et clamores cornicularum, ut ex iis superstitiose dividarent res futuras : ita et observabant idola, id est idolorum victimas, earumque gestus et mo-

tus, ut ex illis divinarentur futura. Ita olim pueri nubiles ut ominatas consequerentur nuptias, opimum prandium afferebant cornici, ut patet ex Phoenix Colophonio apud Athenaeum, lib. VIII. Quin et apud Romanos, ait Festus, « Cornicarium divisorum lucus trans Tiberim cornicibus dicatus erat, quod in Junonis tutela esse putabantur. » Superstitionis origo fuit, quod cornis sit conjugalis amoris symbolum. Mares enim, feminis coniugio conjuncti, nunquam ad alteram divertunt cornicem, nec feminae quoniam vivit, ad alium matrem: quod si mors divortire fecerit, qui superstites est perpetuum sibi indicat calibatum. Ita Horus Apollo, lib. I Heroyl, cap. viii, et ibidem, P. Nicolaus Causius. Insuper vulgus corniculum, quia garrula est, fatidicam putat. Hinc illud ejus enigma :

Vivo novem vitas, si non me Gracia fallit:
Et non irascens ultro convicia dico.

60. QUIDUS IN QUI FORTIORES SUNT. — q. d. Qui idolis injurii sunt, eaque diripiunt, hi sunt fortiores, q. d. Fures sunt potenteres idolis.

60. OBAEDEUNT. — obediunt Deo creatori et gubernatori suo.

60. IMPRESUS (id est similiter) spiritus (id est venitus) IN OMNI REGIONE SPIRAT. — Nam, ut Seneca, lib. V Natur. Quæst. cap. XVI, XVII, XVIII : « Totidem ventorū sunt, quot celo discrimina. Nulla enim propemodum regio est, que non habeat aliquem datum ex se nascentem, et circa se cadentem. » Et Plinius, lib. II, cap. XLVII : « Omnes, ait, venti vicibus suis spirant, majori ex parte autem, ut contrariis desinunt incipiunt. » Quin et S. Thomas in Job, cap. XXXVI, 12 : « Ventus, inquit, videntur per vicies suas solis motum sequi, ut primum um oriente sole orientales, deinde meridionales, postea occidentales venti spirant. Idem inquit, Eccles. 1, 5 : « Oritur sol, et occidit, et ad locum suum revertitur; ibique renascens, gyrat per meridiem, et fleetur ad aquilonem; lustrans universa in circuitu pergit spiritus. »

62. HEC AUTEM (idola) NEQUE SPECIEBUS (græce οὐδὲ, id est formis et pulchritudinibus) NEQUE VIRTUTIBUS (id est viribus) SIMILIA SUNT — soli, igni, fulgi, etc.; sed informa sunt, inepta, mortua, imbecilla.

63. NEQUE REGIBUS MALEDICENT, — neque regibus facient male nec bene, non facient reges felices vel infelices. Pro aliis hominibus nominal reges, quia in iis dirigendis maxime cernuntur Dei providentia, quae reges et responsibus premiat vel puniat per suos reges et praesides, ipse enim conferit, conservat, amplificat, vel minuit, debilitat aut tollit regum, ut indicavit vers. 33 et 32, et Job cap. XII, 18, et Daniel, IV, 14. Ita Maldonatus.

66. SIGNA ETIAM IN COLO. — q. d. Plus possunt sol et luna, plusque prestant hominibus quam idola: tunc quia signa sunt dierum, mensium et

temporum, eaque describunt, Gen. 1, 14, eo enim altitudi; tum quia gentibus timorem incutunt: gentes enim ex superstitione metuebant ab astris, ut patet Jerem. x, 2.

69. FORMIDIO. — græce τρομία, id est terror, calamitatem, v. g. Puer et amineus cum arcu, positus in horto atrae terrarum et fuget, quae cum vident puerum non moveri, pulso timore libere in cucumeres involvit. Hec Græci vocant περιπέτεια. Ita Horatius :

Deus inde ego furum, aviumque maxima formido.

Comparat idola hisce terriculis avium, quæ fructus vere non custodiunt, sed tantum ex opione et phantasia avium, quæ putant ea esse rationes homines, cum tantum sint simulacra hominum: sic enim et idola non sunt dii, sed simulacra. Secundo, comparat ea spinae hortenses, id est rammo, cui ares libere insident, cum videant spinam esse sine alicuius. Tertio, cadaveri mortuo et insensibili.

Tropologicus, talis est princeps et prælates insipientes et timidi, ait Hugo, et ex eo Delrio, adagio 886 : Scit enim, inquit, aves primo intuitu metuent hoc terriculum, mos tamen ut moveri aut ledere non posse advertunt, assident propius, deinde insident et coquuntur: ita subdit primo prælatum reverentur, at dum vident ignavum et timidum, contemnunt, supplantant, conculeant. Hic similis est Sobrias præposito tempuli, cui ait Isaías cap. XXXI, 13 : « Quid tu hic, aut quasi quis hic? » De talibus queritur Jeremias, cap. XXIII, 13 : « In prophetis Samarie vidi fatuissimum. » Et Zacharias, cap. XI, 17 : « O pastor, et idolum, derelinquens gregem. » Tales enim sunt idola: umbrae et larvae pastorum, non veri pastores; quibus, uti et idolis, ac terriculis, recte competit vetus pareciam : « Simis in purpura. » Quam nullus id genus simios videre est in aulis principum, quibus si purpuram, si torquem, si gemmam detrahas, mero cordones deprehendes: In his competit illud quod, teste S. Hieronymo ad Pammach., de Cesare egregie dixit Tullius : Cum quosdam, ait, ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit. »

71. A PURPURA QUOCUM ET MURICE, QUE SUPRA ILLOS TINEANT. — Ita legendum, non teneant, q. d. Ex vestibus idolorum purpureis et muricis, que a fineis consumuntur, utique scieatis quid sint idola, scilicet quod sint saxa et ligna, non dii.

Nota: Pro murice aliqui legunt marmore: græce enim est τύριξ, παρπάξ, quod Vatabius vertit, splendor; παρπάξ enim significat fulgorum, splendorem, et a splendore dictus est tam lapis marmor, ut doct. Anselmus Boetius, lib. II de Lapidibus, cap. CLXVI, quam hic murex sive purpura: nam, ut ait Poeta, Ἐνείδος IV : Tyrionque ardebat murice lana: lana, id est toga duplex, quæ erat amictus auguralis, ait Paulus Manutius; si ardebat, ergo et splendebat. Secundo, marmor tingi solet

rubeo colore. Hinc significat muriceum sive conchyliatum et purpureum colorem et vestem, quæ supra idola tinet, id est a linea arroditur et consumitur; græce συρπάξ, id est quæ putretur.

SCIENT ITAQUE. — Potius legendum cum Maldonato, scilicet utique: sic enim connecta erit sententia præcedentium, eaque hic explebitur. Id ita esse patet ex Græco.

ER FANT OPPROBRIUM, — erunt omnibus risu et probro. Omnes enim rident, cum vident aliquod idolum sexum vel ligneum, cariosum, trunco pedibus, manibus, oculis aut capite, adorari aut adoratur fuisse.

Hoc capite refellitur Calvinus, qui ait Gentiles non fuisse tam stupidos, ut adorarent ligna et lapides, sed in iis adorasse Deum, quasi in imagine, ut faciunt Christiani. Hoc enim falsissimum esse patet ex tolo hoc capite, et ex Arnobio, Lactantio, Tertulliano, Justino, Athanagoro et aliis, qui passim vident Gentiles, quod lapides et ligna pro diis colant. Idem videntibus hodie Japones et Indos. Simplices ergo statuas colebant ut deos: sapientiores quasi corpus vel membra Dei; putabant enim numerus statuæ et idolo, sui quasi simulacra, esse affixum, in illo habentare, et circæ illud versari et ludere: sapientissimi riserunt idola, ut Socrates et Plato; licet quidam ex eis et coluerint metu hominum, qua de re alibi plura.

Quocirca Barlaam, apud Damascenum in Histrio cap. x, Josaphato demonstrat stultitiam idolatriarum per apologum ancipitis et lusciniae, eamque triplex: Primo, quod res præteritas, puta Iovem, Mercurium aliquos homines flagito-los moertos suscitare velint. Secundo, quod tentant impossibile: petunt enim vitam a status inauicta. Tertio, quod credant rem incredibilē, scilicet saxa esse deos. Apologum lusciniae recensuit Jerem. VII, 7. Et S. Augustinus, in Sæculis, Sent. II, 13 : « Sie, ait, sunt qui colunt idola, quomodo qui in somnis vident vanam. Si autem intelligit anima ipsorum, intelligit a quo facta sit, et non colit quod ipsa fecit. »

Moraliter ergo discit hoc capite, quam impia et stolidi sunt idolatria, quia Deum verum divinitatem sua privare, eamque in creaturam transferre conatur. Hinc Sancti eum, ut summum crimen lassus Majestatis divine, tantopere detestati sunt, ut inueniunt quevis tormenta et mortes acerbissimas: ait, quam idola colere. Primis trecentis Ecclesiæ Christianæ annis, plusquam sexcenta Christianorum milia haec una de causa martyrum subierunt, vel ad farcas, vel ad ignes, vel ad gladios, vel ad cruces, vel ad bestias damnati.

Quocirca B. Remigius Archiepiscopus Rhenensis, cum Clodoveum Francorum regem, primum et regibus Francie conversum ad Christum post